



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1637

Textus Exercitioru[m] dictæ Meditationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50934)

Textus Exercitiorum S. Patris nostri
sic habet :

*Contemplatio regni Iesu Christi
ex similitudine Regis terreni
subditos suos euocantis ad bel-
lum.*

ORATIO PRAEPARATORIA fiet
more supradicto.

PRAELVDIVM PRIMVM ad con-
structionem loci nunc erit, vt spe-
ctare nos imaginemur Synagogas, vil-
las & oppida, quae praedicans Chri-
stus pertransibat; & sic de locis aliis.

SECVNDVM, ad gratiam poscen-
dam pertinens. In hac parte erit, petere
à Deo, ne obsurdescamus vocante nos
Christo; sed ad sequendum ac obtem-
perandum prompti simus.

PVNCTVM PRIMVM esto, pro-
ponere mihi ob oculos humanum Re-

H 4 gem

gem diuinitus electum, cui principes
& populi omnes Christiani reueren-
tiam & obsequium præstare debeant.

SECUNDVM est, imaginari, quòd
audiam illum Regem loquentem ad
omnes subditos: In animo est mihi re-
giones infidelium uniuersas ditioni
meæ subiicere; quicumque igitur comi-
tari me velit, paratus sit oportet non
alio vti victu, vestitu, rebusque aliis
quàm me vtentem conspexerit. In iis-
dem quoque laboribus, vigiliis & ca-
sibus ceteris, mecum persistendum erit;
vt particeps fiat victoria & felicita-
tis unusquisque, prout laborum ac mo-
lestiarum socius extiterit.

TERTIVM est, considerare quid-
nam respondere debeant Regi aman-
tissimo & liberalissimo fideles subditi;
& quàm promptè ad omnem eius vo-
luntatem offerre se accinctos: contra
verò,

Verò, si quis non obaudiret, quanto apud homines uniuersos vituperio dignus esset, atque quàm ignauus miles aestimandus.

Pars secunda huius Exercitiij consistit in collatione similitudinis inter dictum Regem & Dominum IESVM CHRISTVM circa triplex illud Punctum.

Primò sic applicabimus exemplum. Si terrenus ille Rex cum bellicâ suâ euocatione dignus est cui attentio & obsequium præstetur; quantò magis Christus Rex æternus, mundoque toti conspicuus? qui singulos ad se his inuitat verbis: Mea hæc est iustissima voluntas, totius mundi dominium mihi vendicare, inimicos meos debellare omnes, ac ita demum in Patris mei gloriam intrare: proinde quisquis eò mecum venire cupit, laboret mecum

H 5 necesse

necesse est. labori enim præmium respondebit.

Secundò ratiocinabimur, neminem fore sanæ mentis, qui non cupidissimè Christi seruitio se totum offerat & addicat.

Tertiò iudicandum erit, quòd ij qui se obsequiis illius prorsus duxerint mancipandos, non seipsos tantùm ad laborum tolerantiam, verùm etiam maiora & præclariora quædam munera oblaturi sint, expugnatâ carnis, sensuum amorisque proprij & mundani rebellionem; unde respondebit quisque in hunc ferè modum: En, ô Rex supreme ac Domine uniuersorum, tuâ ego, licet indignissimus, fretus tamen gratiâ & ope, me tibi penitus offero, meaque omnia tuæ subijcio voluntati, attestans coram infinitâ bonitate tuâ, nec non in conspe-

ctu

Etu gloriosa Virginis matris tuæ, totiusque curiæ cælestis, hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum decretum, ut (dummodò in maiorem laudis tuæ & obsequij mei prouentum cedat) quàm possim proximè te sequar & imiter in ferendis iniuriis & aduersis omnibus cum veratū spiritus tum etiam rerum paupertate; si, inquam, sanctissimæ tuæ Maiestati placeat ad tale me vitæ institutum eligere, atque recipere.

Declaratio dictæ Meditationis.

FInis huius Meditationis est, propositum & decretum firmum imitationis Christi Domini nostri, illumque cum maximâ perfectione, & quàm quis potest proximè, sequendi, prout cum diuinâ gratiâ poterit, sensualitati & amori proprio bellum indicendo: ad quod Christus Dominus noster
omnes